



VII, 21.


2.608^a



De huiusmodi Domo. 15

AD
AVSPICATISSIMVM DIEM NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI
DOMINI
FRIDERICI ANTONII
PRINCIPIS SCHWARTZBVRGI

CETERA
CRAS BONO CVM DEO
MVSI NOSTRIS SOLEMNEM
PERILLVSTREM ATQVE EXCELLENTISSIMVM
PRAENOBILISSIMOS MAGNIFICVM
SVMME VENERABILES NEC NON AMPLISSIMOS
REI SCHOLASTICAE PRAEFECTOS
OMNES DENIQVE DOCTOS VIROS



INVITAT **M. MARTINVS BORCK. R.**

Aug. 11. 30.

AD
AVSPICATISSIMUM DIEM NATALITUM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
FRIDERICI ANTONII
PRINCIPIS SCHWARTZBURGI

CELESTIA
GRAS BONAS CVM DEO
MVSI NOSTRI SOLEMNEM
PERCELEBREM ACADEMIAM
PREFIGENDAM HUIUSMODI
SVAMVE VENERABILIS IN XPO ANTISSIMOS
REI SCHOLASTICAS PRAESBITOS
CONSTITVIT



M. MARTINVS BOECKH
TAVIT



HANC DOMVVM VTRVM FRANCI EX- STRVENDAM CVRAVERINT.

Altioris omnino esse indaginis quaestionem pos-
tam, atque ad iudicandum perdifficilem, ita per se quis-
que facillime intelligit, ut litterarum minime est expers:
neque uel adfirmando uel negando ad eam respondere,
tam sibi facile fore, quam pirum uolpes comest, ut Plau-
tus meus iocatur, re experietur ipsa, periculum facturus.
Tamen nihilo minus ad dicendam hac de re quantumuis
ardua sententiam suam in republica eruditorum publice
olim confurrexisset Duumuiros, summe Venerandum M.
IAC. CHAERICVM atque Clarissimum M. IO. HOFF-
MANNVM, supra iam monere me memini. ^{a)} Quorum
sententiae, quum tanto ad sensu celebratae sunt, ut suo
quisque quo dixit tempore tantum non omne punctum
tulerit; iisque explicatis, quidquid hac de quaestione di-
ci possit, magnam partem ante oculos expositum confi-
derare possumus: denuo eas repetitas referre hoc minus
dubitauimus, quo certius persuasum nobis habemus, fore,
ut Eruditi canae antiquitatis Arbitri sint *φιλόσοφοι*. Tam-
etsi uero more maiorum, ut quisque dignitate atque ho-
nore antecessit, ita sententiam dixit ex ordine: uerendum
tamen haud est, ne, minus seruata hac consuetudine mo-
C reque

^{a)} Vide sis prooem. litt. c. ibique pro KEYSIGII bibliotheca ma-
nuali historica Saxoniae superioris; lege KREYSIG in der
histor. Bibliothek von Ober-Sachsen, und einigen angraezen-
den Laendern Dresd. 1732. 8. Addita GEORG. CASPAR.
KIRCHMAIERI disp. de bello praelioque de salinis Catos in-
ter & Hermunduros suscepto olim. Viteb. 1689. §. 5. p. 6.

reque, non recte atque ordine fecisse uideamur, qui
 HOFFMANNO, qua dignitate qua tempore inferiori,
 primas perspicuitatis gratia deferamus. Hic itaque con-
 ceptis uerbis hanc fert sententiam, *hoc tam certum est,*
quam quod certissimum, hanc Francorum turrim circa A.C.
DXXVIII uel DXVIII et quidem in salinarum praesidium ex-
struam esse. b) Cuius opinionis suae rationes subiicit
 et supponit, *omnes, quod sciam, topographos ac rerum ge-*
starum conditores, qui huius etiam territorii antiquitates
posteritati reliquerunt, uel eiusdem mentionem fecerunt, hu-
ius sententiae adsecelas habeo, quod haec turris atque anti-
quorum Francorum sedes non repugnante fide historica ad A.
DXXVIII post Christum natum referri queat, id quod uel ex
sola nominis impositione animaduerti posse non ambigua sub-
sunt documenta. c) His suae sententiae adsecelis, siue au-
 ctoribus potius, postquam SAMVELEM CONRADVM,
 ET HEINRICVM LEONHARDVM, SCHVRZFLEI-
 SCHIOS, hac transeundo idem sibi coram confirmantes,
 annumerauit: noua porro argumenta, aliunde ingenio-
 se collecta, quibus propositio suo fidem faciat, addere
 non grauatur, *Sic, inquit, Catti salinas suas Allendor-*
fenfes olim non immunitas reliquerunt, sed eas castellis, seu
ut recentiori uocabulo uti liceat, fortalitiis, quorum rudera
adhuc spectantur, ab omni ui ac impetu hostili praemuni-
uerunt. d) Enarratis deinde, quae nos quoque modo di-
 ximus, de Francorum in has terras aduentu, e) pergit.

Has

- b) Supra laudata commentatiuncula de antiqua Francorum do-
 mo & turri litt. A. 3.
 c) loco citato litt. A.
 d) ibidem pag. sequenti, siue littera A. auersa.
 e) §. VII.

Has itaque salinas ut praemunirent, easque uel ab ipsis Saxo-
nibus, aut alia hostili incurfione fartas tectasque conseruarent,
in ipsarum praesidium ac munimentum hoc castellum ad spe-
culae instar Franci exstruxerunt. f) Et non nullis inter-
 iectis, eodem, inquit, quoque tempore Saxones Saxenbur-
 gum uicinum, quod innumerabilis annorum series haecenus
 non potuit diruere, in monte Finnorum, ut de terminis terri-
 torii sui a Francis attributi certiores essent exstruere coepe-
 runt, nec non Sondershusium, quod tractum suum a Franco-
 rum terra ibidem separatam esse uoluerint. g) Tandem TA-
 CITVM ad testimonium citare e re sua fore arbitratus est
 Vir ab eruditione instructissimus. Verba eius haec sunt,
 et adhuc forsitan sub iudice lis est, quas salinas Tacitus intelligat
 Annali XIII sub calcem. Pluribus ad colorandam sententi-
 am, de Francohusanis salinis TACITVM h. l. agere, in
 medium prolatis, denique pronunciat, cum bellum hoc, teste
 Tacito, Cattis exitio fuerit, citra dubium Cherusci Cattos su-
 perarant, et sic constantes salinarum possessores per aliquot
 saecula permansisse uerisimile est, donec tandem Francorum
 reges Thuringiam subiugarunt. h) Habes, L. B. HOFF-
 MANNI, qui indefessostudio et ἀδαλείπτω πόνω nunquam
 non, dum fata siuerunt, in id incubuit, ut quae de antiqui-
 tatibus Francohusanis in uerustis monumentis habentur,
 erueret, eruta diligenter ornaret, ornata denique docte lu-
 ci exponeret publicae, habes, inquam, huius Viri senten-
 tiam, additis summa fide et religione, quibus eam corro-
 borare, saltem speciosam reddere, fategit rationibus; ac-

C 2

cipe

f) l. c. litt. A. 2.

g) citata comment. litt. A. 2. uersa & litt. A. 3.

h) ibidem pagina uersa.

cipe nunc, quod reliquum est, et Venerabilis CHAERICI iudicium, non minus limatum et politum, quam sincerum atque candidum. En Tibi illud ipsum eius ipsius uerbis. *Weil sie sagen, dass das alte Schloß, des Francken Haus, genant worden sey, so ist nu fürnemlich darvon die Frage, woher dasselbige den Namen gehabt, dass es Franckenhäusen geheissen, und gibt sich je das einen andern Namen die alte Stadt, so man Berenklawen genant, gehabt, einen andern die Vestung, so am Berge auff der Hoche gelegen, und vernünfftiges Nachdencken wohl von noethen. Wir müssen in solchen alten verlegnen Händeln, da keine gewisse Nachrichtung, mehr erinnern und errathen, und aus vorigen vorlauffnen Sachen nachgrüblen, denn dass wir mit gewissem Bestande und Grunde, etwas sagen könnten, Vnd wil dieses fals wie ichs aus alten vorigen Geschichten erachtet, und bey mir collegire, meine Gedancken eroeffnen, nicht dass ich solches für eine historische Warheit ausgeben und vorstellen wil, sondern dass ich meine Gedancken wil erkleren, stelle es zu eines ieden Gutachten, wie er aus Grunde der Historien oder Schriftlichen Vrkunden wisse zu verbessern, und der Wahrheit näher zu treten. i) Fatur scilicet Auctor ingenue, se nihil aliud adfirmare posse, nisi sententiam atque opinionem suam, quam hac de re impedita non stabilem atque firmam habeat, rem omnem aliorum iudicio permitturus, qui eam idoneis documentis probatam dare atque extra controuersiae aleam ponere ualeant. In hoc igitur horum Virorum sententiae sibi ut disparata sunt oppositae, quod hanc domum a Francis exstructam esse, Alter tam certum esse adfirmet, quam quod certissimum; Alter*

i) in sermonibus sacris s. in der Saltzpostilla, sermone secundo lit. N. 5. & sequenti.

ter incertum id esse arbitretur, atque adhuc demonstrandum. Atque haud scio, an plurimi, qui non alia omnia sentiant, in Huius, quam Illius sententiam pedibus sint ituri, causas factae discessionis has contra Illius rationes dicentes. Ante omnia sententiam Cl. HOFFMANNI esse diuidendam, atque de singulis separatim uidendum. Tria nimirum dictam sententiam complexam esse; *hanc domum a Francis exstructam esse; hanc domum A. DXXIII siue DXVIII esse positam; hanc domum in praesidium salinarum hic loci scaturientium conditam uideri.* Primam enunciationem; *haec domus a Francis est fundata; eam ipsam esse, de qua omnis nunc quaestio fit: duas posteriores prioris rationes esse debere, quibus concludatur. Enim uero uidendum esse, ne hae rationes, pariter atque reliquae, non satis probent, quod probare debeant. Quandoquidem primum, eam domum in praesidium uicinarum salinarum exstructam esse, si non magis, certe aequae incertum sit, et non nisi ex meris pendeat coniecturis, quam Francos eam posuisse: neque in citatis TACITI uerbis, siquidem in melioris notae editionibus k) euoluantur, col-*

C 3

latis

k) V. gr. GRONOVIANA, in qua p. 555. citata Annalium libr. XIII. c. 57. uerba ita leguntur. *Eadem aestate inter Hermundurios Catrosque certatum magno praelio, dum flumen gignendo sale secundum, et conterminum, ui trahunt; supra libidinem cuncta armis agendi; religione infra, eos maxime locos propinquare coelo, preceseque mortalium a deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia numinum illo in amne, illisque siluis salem prouenire, non ut alias apud gentes eluue maris arescente unda, sed super ardentem arborum struem fusa; ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum, Catris exitiosus fuit, quia uictores diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauere, quo uoto equi, uiri, cuncta uicta occidioni dantur.*

laris atque probe perpenfis, quae KIRCKMAIER VS hoc de loco docte exposita dedit, 1) quidquam praefidii reperiri. Nullam nec nominis huius nec munimenti ipsius mentionem fieri a RAVENNATE, quamvis aliquanta in

Quae Taciti uerba, quamvis longiora hic adscribenda duxi cum ut H. L. euoluendi molestia liberarem, tum ut non nulla adnotarem. Primum quidem *Hermunduri*, non *Cherufci* hic nominantur, neque Critici de diuersa lectione quidquam in adnotatis monent, neque uariae lectiones ad calcem huius editionis ab ABRAHAMO GRONOVIO adiectae. Deinde hoc bellum non *exitio*, sed *exitiosius* Cattis fuisse, uel *Hermunduris* ait TACITVS. Tandem, quid sibi uelint uerba eius, *super ardentem arborum struem fusa*, intellectu non cuius facilia, quae interpretes sicco quod aiunt pede transierunt, paullisper illustrata dabo. VOLQVARDVS IVERSEN Itin. Ind. Orient. l. 4. c. 7. f. 194. memoriae prodidit haec. *In der Insel S. Mauritii, weil wir kein Saltz hatten, nahmen wir eine Art Saltz zu machen vor, wie ichs in Ambona gesehen. Nemlich wir legten auf einen platten Steinfels viel Holtz zusammen, zündeten es an, und gossen immer Seewasser darein; und wenn es zu Aschen gebrannt, thaten wirs in ein leinen Tuch, gossen Saltzwasser darauf, und machten Lauge; selbige kochten wir in Coquer-nüßs-Sebalen, und bekamen gut weiß Saltz; uber welches unsere andere Partbeyen sich verwunderten, und lerneten solche Saltzsieder-Kunst auch von uns.* Hoc illud rude artificium censerit debet, quod describit Tacitus h. l. nisi quod substituit lacustrem pro marina aqua. KIRCHMAIERVS l. c. §. 14. p. 17. conf. IO. MATTH. GESNERI chrestom. Plin. p. 783. §. 25. & p. 789. n. 43.

1) cit. disput. §§. et pagg. 5. seqq. et GODOFREDVS ARNOLDI §. 5. seqq. disp. de *Hermunduris*, demonstrantes, *Hallenses* hic intelligi salinas, de quarum antiquitate uid. IO. PETR. DE LVDEWIG disput. de uenatu p. 57. ad n. 5. (*).

in Thuringia castella fuisse legere se meminerit; m) ne apud saeculi X quidem scriptorem, WITTICHINDVM qui tamen antiquissima Thuringorum urbis, quae nunc *Burg-Scheidungen* dicitur, mentionem iniiciat. n) Alia potius omnia, in primis ad dictum aedificationis annum quod adtineat, suadere antiquissimi rerum Saxonicarum scriptoris, modo laudati WITTICHINDI uerba, *Saxones, inquietis, possessa terra summa pace quieuerunt, societate Francorum atque amicitia usi. Quid igitur ab his fuit timendum? Deinde, eodem quoque tempore Saxones Saxoburgum uicinum exstruxisse si demus: o) tamen inde non probari neque effici, hanc contra domum structam esse, idque eodem anno: quem ad modum nec ea consequutio fit necessaria, Catti salinas suas Altendorfsenses olim non immunitas reliquerunt, sed eas castellis ab omni ui ac impetu hostili praemuniuerunt; ergo, Francos dictam turrim exstruxisse in salinarum suarum praesidium, tam certum est, quam quod certissimum. Quod si praeterea ad probandum aliquid factum esse, fatis sit argumenti fidem non repugnare historicam: in promptu esse, hanc domum uel alii tempo-*

m) Geograph. libr. III. §. 25. p. m. 781.

n) Vidus, ait, *Erminfridus cecit Thiderico, et fugiens tandem se recepit cum reliquo comitatu in urbem, quae dicitur SCHIDINGI, sitam super flauium Vnsrode. Conf. SAGITTARIUS de antiq. statu Thuring. p. 23. et IO. HVEBNERI vollst. Geogr. 3. Th. 10. B. Anhang von Scheidungen p. m. 697. ed. sec.*

o) De duobus Saxonum castellis siue Burgis uid. IO. HENR. HOFMANNI rerum siue antiquitatum Walkenredensium libros, ex archiuis aliisque monumentis fide dignioribus concinnatos cap. 3. collatis, quae IO. FRID. CHRISTIVS in noctium Academicarum specimine III. p. 230. seqq. obseruauit.

ri posse originem debere. p) Paruum porro atque infirmum esse *argumentum ex imposito nomine ductum*; q) licet Auctori uel eo uno res omnis patere atque in apri- co esse uideatur: cum tot per Germaniam inueniantur loca ex Francorum nomine composita, quae Francos ne habitasse quidem quisquam dixerit; nedum hoc nomen ex maiorum traditione duntaxat acceptum, non nisi in recentiorum scriptis legi. Quod ad extremum HOFF- MANNVS ad consensum omnium topographorum ac rerum gestarum conditorum, nec non Schurzleichenorum suffragium prouocet: eodem Ei iure opponi, quae Ipse Auctori memorabilem Europaeorum, ut et D. FRID. HOFFMAN- NO, salinarum Francoh. originem non ultra IIII saecula quaerentibus, opponenda duxerit, uerba haec, *sententiae tantorum uirorum, quippe quorum auctoritas multum apud me ualet, reclamare non sustinerem, hanc si solidis rationibus ex infallibilibus documentis stabilissent*. Et has quidem esse factae discessionis rationes per summa capita eundo decerptas, plures uero superesse, siquidem diligentius confere- rendae essent caussae, et quid in quamque sententiam dici possit, curatius expromendum. r) §. VIII.

p) Id quod deinceps demonstratum pluribus dabimus.

q) Ita TACITVS, scriptor prudentissimus, *Herculis ad Septem- trionalem Oceanum columnas ad Herculem auctorem referre dubitauit, quamuis de eius nomine dictae essent, superesse, in- quiens, adhuc Herculis columnas fama uulgauit: siue adiit Hercul- les; seu quidquid ubique magnificum est, in claritatem eius referre solemus*. de mor. Germ. c. 34. p. m. 421.

r) Haec commentatus, tantum abest ut cum beatis Viri Mani- bus pugnare uelim, ut potius cineri Ipsius terram leuem pre- cer, certo certius mihi persuadens, praeclare mecum actum iri, si eius meritorum uel minimam olim adsequutus ero par- tem. Amicus HOFFMANNVS; sed magis amica ueritas.

Habes, L. B. tertiam de Francorum domo prolu-
sionem qualemcumque, quam imperavit auspiciatissima
SERENISSIMI PRINCIPIS PATRIAE
OPTIMI natalis dies, qua nec candidiorem, nec felici-
orem adeo *terris Schwarzburgicis* sol ullum illuxit alte-
rum. Qui adoptatus dies quum et nostris Musis non
possit non solemnis esse, quam qui solemnissimus: de-
bita eum ut concelebrare religione sibi contingat, ultro
fese mihi obtulerunt

IO. ANDREAS KUZLEB. Vdersleb.

Litterarum amantissimus, carmine Germ. felicitatem
terrarum Schwarzbb. delineaturus.

IO. FRID. MANISCKE. Nostras.

Cum morum tum litterarum elegantia egregius, car-
mine Heroico Lat. felicitate ruricularum descripta, feli-
ciores multo his esse terrarum Schwarzburgicarum au-
rei prati incolas deprædicaturus.

IO. WILHELM. RVEDIGER. Francoh.

Litteris strenue operam nauans, non ineleganti orati-
one Lat. Genethlia haec auspiciatissima celebraturus.

IO. CHRISTIAN. WOLF. Thaleb.

Prompti ingenii acuendi gratia uersibus Germanicis ui-
tae rusticae laudes dicturus, summumque hinc rerum
omnium Arbitrum celebraturus.

IVST. FRID. WILH. ZACHARIAE. Francoh.

Eleganter docti Parentis elegantissimum ingenium ha-
bens, Epibaterion *SOLI TERRARVM SCHWARZB.*
PRINCIPIS HEREDI desideratissimo IOANNI FRIDE-
RICO iam iam redituri occinere laete paratus.

D

Qui

Qui Lycei nostri alumni optimae spei exercito di-
ctis materiis ingenio, SERENISSIMO PRINCIPI FRI-
DERICO ANTONIO, DOMINO TERRARVM
SCHWARZBVRGICARVM longe clementissimo di-
em natalem pro se quisque qua decet pietate atque ani-
mi submissione gratulabuntur, additis pro omnimoda
TOTIVS DOMVS SCHWCRZBVRGICAE ALTISSI-
MAE salute precibus ardentissimis uti solemnissimis.
Cui deuotissimo actui, ut celebritatem addere reddita
splendidissima praesentia sua nostris Musis ne grauentur
MAECENATES GRAVISSIMI SCHOLAEQVE
FAVTORES HONORATISSIMI, quemque, qua de-
cet, subiectione atque obseruantia inuitatum cu-
pio atque rogatum. P. P. VIII. Cal. Sept. A. R. S.
clbCCXXX.



FRANCOVSAE
Litteris KEILIANIS.

Pon ²⁴ 16. 80. 8a

ULB Halle
002 710 218

3




s. 6.

ME








De Franciscum Domo. 15

AD
AVSPICATISSIMUM DIEM NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
**DOMINI
FRIDERICI ANTONII**
PRINCIPIS SCHWARTZBURGI

CETERA
CRAS BONO CVM DEO
MVISI NOSTRIS SOLEMNEM
PERILLVSTREM ATQVE EXCELLENTISSIMUM
PRAENOBILISSIMOS MAGNIFICVM
SVMME VENERABILES NEC NON AMPLISSIMOS
REI SCHOLASTICAE PRAEFECTOS
OMNES DENIQVE DOCTOS VIROS



INVITAT M. MARTINVS BORCK. R.

Aug. 111. 30